vel demptis ijs quæ vita sunt. Antiquitus omnis fere legum potestas penes senatores esse solebat, et eorum sententia Rex omnia sanciebat, nam tantæ curæ nullam aliam ob causam ad ~~com~~ comitia vocabantur nisi ut nobilitatis nomine contributionibus assentirentur eorum consilio, ne participes quidem erant. At postea ex hæresi crevit tantæ nobilitatis tantus spiritus sanctorum terrarum tantique tantæque sibi potestatem arrogaverunt ut hic omnia potestate nihil quod ab eis prius non probatur sanciri permittat, et si fiat omnium quasi sententiam, et nobilitatis illis legibus non subesse denunciant. itaque Rex summopere si quando quid decerni velit per tantos id primum impetrare cogantur; quod antea ne subortum quidem erat.

~~Si~~ Regis est comitia indicere, sed si ille negligeret et Reip. ratio id magno pere postularet Archiepiscopus Gnesnen. admonito ea de re sapius et rogato Rege ius indicandorum comitiorum subrog

expedito

si quando publicum bellum indicitur vel illatum repellitur ~~quod ta~~ et ut ipsi appellant publica fit expeditio quod, cum continenter fere bella cum hostibus gerant, sand tamen crebro fieri solet tum omnes nobiles ad bellum profiscisci cogitur, ac ne sacerdotibus quidem nobili de patrimonio ex sacerdotio possidet parcitur.